

reparata et munita omnibus opportunis possint pro eisdem
serviciis nostris infallibiliter iuxta nostrum beneplacitum na-
vigare; scilicet pro certo, quod, si super hiis negligenter vel
defectum aliquem commiseritis, ita quod vasselli ipsi repa-
rata et munita in principio dicti passagei navigare non po-
sint, et in reparatione et munitione ipsorum aliquis de-
fectus affuerit, totum dampnum et incommodum, quod
occasione defectus vestri curie nostre emergerit, statim a
vobis^{a1} de vobis de vestro proprio largi faciemus, preter pe-
nam agram infligendam in vos pro contemptu tanto-
rum mandatorum nostrorum, quam nostro arbitrio
reservamus. cauti existentes, quod predicta estimatio lega-
lis sit et fidelis, quia, si legalis non fuerit, reprobabitur et
in vestro iudicio nullatenus admittetur.^{a2}

1^a h'icrauf in Reg.
ing: de vobis.

2^a Reg: admittetur.

[8.] volumus etiam et mandamus, ut diligenter in-
quiratis, si aliqui prothontini comiti vel persone alie occu-
paverint vel suoquo modo habeant vel habuerint et non
resignerint de ancoris velis armariis armis et de pre-
dictis aliis rebus curie nostre, cuiuscunque speciei et
qualitatis existant, et illos ad integram restitutionem
ipsorum omnium omni, que expedit, coactione compul-
lati instantes. et ipsorum nomina et cognomina ac qua-
litatem et quantitatem ipsorum omnium, que apud eos
invenieritis et ab ipsis revocanda duxeritis, statim nobis
et predictis magistris rationalibus significare curetis; et
inquisitionem, quam inde feceritis, sigillatam sigillis
vestris eisdem magistris rationalibus sine mora mittatis,
transumpto ipsius vobis nichilominus remanente, ut

||